Domino Bernardo venerabili patri Bruno pro multiplici filiorum spiritualium procreatione in eterna patria perpetuam retributionem Cum rem quamlibet honestatis splendore perspicuam simul et utilitatis fructibus plenam pia pariter et prudens auctoritas iubere disponit et eandem rem humilis obedientia nichil tergiversationis, quominus quod est iussa suscipiat, obiectans toto mentis annisu pro viribus suis aggredi non refugit, non est dubitandum divina pietate et illam ut iuberet premonitam et hanc, ut quod humiliter suscepit efficaciter consummet adiuvandam. Quod ego considerans omni excusatione postposita, quod vestra paternitas est mihi dignata precipere tota mentis alacritate studii peragere eoque magis ,quo nil meis viribus tribuens omnem operis perficiendi fiduciam in eius virtute constituo, cuius inspirante gratia vos illud mihi iniunxisse non dubito. Unde et eadem gratia largiente contigit, ut hoc, quod a me postulare voluistis, cumulatim quam postulatum fuisset accipiatis. Paternitas enim vestra, que si quando quod ociidatur sacre scripture solet incumbere, ut ex eius frequenti colloquio divinam voluntatem,quam moribus sequatur, plenius valeat ediscere, forte collectaneum Pateri repperit, in quo illo testimonio ex operibus sancti Gregorii descerpta per ordinem congessit.In quo dum Gregoriale mel eloquentie cognovisset redolere, ceteris aliquantisper sepositis ei totum, quod habere posset, ocium studuit impendere.

Sed codex ille, qui sibi venerat in manus, sic fuit ex incuria sciptorum falsatus, ut in eo vix integros caperet sententias, quilibet etiam ab aliis estibus curarum vacuus. Ergo mihi voluistis in negotii dare, ut curarem diligenter vobis illum corrigere quatinus, dum legendi tempus datum fuisset, liber corruptus vos a se non repelleret. Accepto itaque xix libro cum prologum, cuius totum que sequens opus festinarem perspicere, deprehendi nos non nisi terciam partem eiusdem operis habere. Nam quod ex omnibus utriusque testamenti libris explanationes testimoniorum de Gregorianis operibus collegisset et totum illud opus in tria volumina divisisset in prologo premisisse cognoscitur, sed ibi de parabolis Salomonis vel canticis canticorum pauca, de ceteris vero libris qui appellantur Salomonis, nulla de prophetis, nulla de novi testamenti libris inveniuntur. Abducti itaque alii, quoscumque per amicos habere potui nominis eiusdem libri, de quorum forma nostri codicis depravatio corrigeretur, sic in mendaciis et defectu nostro similes esse videbantur, ut aut illos ad exem-

cumulatim Hs. — cumulatim
postulatu Hs. — postulatu
corr. aus eis Hs. — eius
corr. aus caperent Hs. — caperent
corr. aus retrariem (?) Hs. — retrariem (?)